Requirenti et si seruus confessus non fuerit et ille qui eum torquat adhuc ipsum seruum torquere uoluerit etiam nolenti domino serui pignus donare debet · et ipsum seruum ad maiore subplicia tradatur confessus non fuerit · qui eum torquebat ipsum

habeat dominus uero serui de quo iam pignus accipiat pretium pro ipso suo seruo suscipiat.

Si uoro supra dominum seruus confessus fuerit numquam credatur.

Si uero maiori crimine seruus inculpatus fuerit de quo ingenuus Ī DCCC · dēr qui faciunt soł · XLV · possit culpabili iudicari · ‖ et inter subplicia confessus fuerit capitali sententiã f. 58r feriatur.

Si autem seruus de quo libet crimine inculpatus fuerit et dominus serui ipsius prẹsens adfuerit ab eo qui repetit ammoneatur ut seruum suum ad iusta subplicia non differat et qui repetit uirgas paratas debet habere qui in similitudinem minimi digiti grossitudinem habeant · et scamnum paratum habere debet (et) ubi seruum ipsum tendere possit quod si dominus serui ⟨sub⟩plicia distulerit et seruus prẹsens fuerit continuo ipse qui repetit dominus serui solem collocet et septem noctes illa placidum · concedat ut seruum ad supplicia tradat·

Si infra septem noctes seruum ad supplicia distulerit tradere solem ei iteroto his qui repetit collocet et sic iterum ad alias septem noctes placitum tribuat id est · XIIII · noctes a prima ammonitione conpleantur quod si impletis · XIIII · noctibus seruum noluerit ad supplicia dare omnem causam conpositionem dominus in se recipiat ·

Hoc est ut si talis culpa fuerit de qua ingenuus · DC · dēn qui faciunt soł · XV · conponere debeat · Et dominus seruum non presentauerit ipsum numerum solidorum reddat et capitale in locum restituat. ‖

Quod si adhuc maior culpa fuerit que seruo requiretur domi- f. 58v nus serui non ut seruus sed ut ingenuus totam legem super se soluiturus accipiat ·

Si autem seruus absens fuerit dominus serui his qui repetit secrecius ammonere debet ut seruum suum infra septem noctes presentem faciat quod si non fecerit tunc repetens solem illi cum testibus collocet quod infra alias septem noctes placidum illi concedat id est · ut totus numerus ad XX · et unam noctem perueniat · quod si pos tria placita(s) seruum noluerunt ligatum · ad s⟨ubp⟩licia dare et per singula placita solem ei collocauerit Tunc dominus serui omnem repetitionem sicut superius · diximus non ut seruus sed quasi ingenuus hoc conmisisset talem conposi-te tionem repe·nti restituat.

Si uero ancilla in tale crimine *est* culpabilis de quo seruus

castrare debuerat · CCXL · deñ qui faciunt soł · VI · si conuenit dominus reddat · aut · CCXL · ictus accipiat flagellorum.

XLIII DE HOMICIDIIS INGENUORUM

Siquis ingenuus Francum aut hominem barbarum occiderit qui lege Salica uiuit · VIII · dñ qui faciunt soł CC · culpabilis iudicetur ·

Si uero eum in puteum aut sub aqua miserit · XXIIII deñr qui faciunt soł · DC · culpabilis iudicetur

f. 59r Si autem de ramis uel de hallis aut de ‖ qualibet rem cooperuerit aut incenderit XXIIII · deñ qui faciunt soł · DC · culpabilis iudicetur.

Siquis eum occiderit qui in truste dom⟨inica est⟩ | XXIIII · dñ qui faciunt soł · DC · culpabilis iudicetur

Si uero in puteum aut sub aqua ⟨miserit aut⟩ | de hallis uel de ramis eum co⟨operuerit⟩ | aut incenderit · LXII dñ qui faciunt soł · I DCCC ⟨culpabilis iudicetur⟩

Siquis Romanum hominem in conuiuium ⟨regis occi⟩|serit . XII · dñ qui faciunt soł · CCC · culpabilis iudicetur.

Si Romanus homo possessor · id est qui res in pago ubi conmanet proprias possedit occisus fuerit his qui eum occidisse conuictus · IIII · deñ qui faciunt soł · C · culpabilis iudicetur.

Siquis tributarium Romanum occiderit · I DCCC · deñ qui faciunt soł · XLV · culpabilis iudicetur.

Siquis hominem in quadrupio inuenerit sine manibus aut sine pedibus quem inimici sui detruncatum demiserunt et eum uita priuauerit · IIII dñ qui faciunt soł · C · culpabilis iudicetur.

Siquis hominem ingenuum in puteum aut in pellagum aut in quo libet precipicium ubi periculum mortis esse possit inpincxerit et ille qui proiectus est · quo libet modo ab eodem periculo uiuus euaserit ille qui eum inpincxerit · IIII · dñ qui faciunt soł · C · culpabilis iudicetur.

Si autem precipitatus est · mortuus fuerit totam leodem suam conponatur atque ita una quaque persona qui maiori uel minori conpositione debuerat.

f. 59v Sed de pericu·lo· mortis euaserit medietatem · ‖ ⟨leo⟩dis suę conponatur qua conponi | ⟨debu⟩erat si mortuus fuisset Nam et si | ⟨mortuu⟩s fuerit unus quisque secundum | ⟨modu⟩m leodis suę conponatur.

⟨Siquis homin⟩em ingenuum cuilibet socio suo | ⟨de quo libe⟩t crimine accusauerit et per | ⟨eius⟩ conmonitione siue mendatium |

⟨ille q⟩ui accusatus est · occisus fuerit si ei adprobatum fuerit medietatem leodis eius conponat ille uero qui eum occisit secundum legem pleniter conponat ·

XLIIII DE HOMICIDIIS A CONTUBERNIIS FACTIS

Siquis collecto contubernio hominem ingenuum in domo sua adsallierit et ibidem eum occiserit · XXIIII · denr qui faciunt sol · DC · culpabilis iudicetur

Si uero in trusto dominica ille qui occisus fuerit · LXXII · dñ qui faciunt sol · I DCCC · culpabilis iudicetur

Quod si corpus occisi hominis tres plagas uel amplius habuerit tres qui inculpantur et quod in eo contubernio fuissent conuincuntur legem superius conprehensa singulatim cogantur exsoluere.

Alii uero tres de eodem contubernio · III DC · dñ qui faciunt sol · XC · unus quisque illorum culpabilis iudicetur.

Et tres adhuc in tercio loco de eodem contubernio · I DCCC · dñ qui faciunt sol · XLV · singuli eorum cogatur exsoluere.

Si uero Romanus uel lidus in tali contubernio occisus fuerit huius conposicionis medietas soluatur ‖

XLV DE HOMICIDIIS A CON⟨UIUIIS FACTIS⟩ f. 60r

Siquis in conuiuio ubi quat⟨tuor fu⟩|erunt hominis unus ex ipsi⟨s inter⟩|fectus fuerit ille qui rema⟨nent⟩ | aut unum conuictum reddant a⟨ut⟩ | omnes mort(e)is illius conpositionem coniectent que lex usque ad septem qui fuerint in conuiuio illo conuenit obserua⟨re⟩.

Si uero in illo conuiuio plus quam septem fuerint non omnes teneantur obnoxii · sed quibus fuerit inputatum illi secundum legem conponatur

Siquis foris casa · siue iter agens · seu in agro positus a contubernio fuerit occisus et tres uel amplius habuerit plagas tres de eodem contubernio qui conuicti fuerint singillatim mortis illius conpositionem conponant.

Et tres alii de ipso contubernio · I CC · dñ qui faciunt sol · XXX · unus quisque illorum · culpabilis iudicetur

Et tres adhuc alii de ipso contubernio DC · dñ qui faciunt sol XV · singuli eorum · cul iud.

XLVI DE RE IPPUS

Siquis homo moriens uiduam dimiserit et eam quis in coniugium uoluerit accipere antequam accipiat eam tunginus aut

centenarius mallum indicent et in ipso mallo scutum habere debet
f. 60 v et tres homines causas tres ‖ demandare ·

Et tunc ille qui uiduam accipere uult cum | ⟨tribus⟩ testibus qui adprobare debent tres · sol̄ · | ⟨eque⟩ pensantes denarium habere debet et ⟨hoc⟩ factus eis conuenit uiduam accipiat.

Si uero ista non fecerit et eam acciperit illi cui reippus debetur · I̿I D · den̄r qui faciunt sol̄ · LXII ſ · culpabilis iudicetur ·

Si autem que superius diximus omnia secundum legem impleuerit et t̄es · sol̄ · et d⟨e⟩narium illi cui reippus debetur acciperit · tunc eam legitime accipiat ·

Hoc discernendum uidetur cui reippus /// debeatur. Si nepus fuerit sorores filios senior illi reippus accipiat ·

Si uero nepus non fuerit · neptis filiis senior illi accipiat ·

Quod si nepus filius non fuerit consubrine filius qui ex materna genere uenerit ipse accipiat ·

Si autem nec consubrine filius fuerit · tunc auunculus frater matris reippum accipiat.

Si uero auonculus non fuerit tunc frater illius qui ipsam mulierem antea habuerit si in hereditatem defuncti fratres id est mariti mulieris illius uenturus non est ipse reippum accipiat

Quod si nec ipse fuerat tunc qui proximior fuerit post superius nominatus qui insingulatim secundum parentillam dicti
f. 61 r sunt · ‖ usque ad sextum geniculum · Si ⟨in heredi⟩|tatem illius mariti defuncti non ⟨acce⟩|dat ipse reippus accipiat

Si autem nullus nisi post sextum ge⟨nicu⟩|lum proximos fuerit in fiscum ipse reippum uel causa inde or(na)ta fuerit colligatur

XLVII · DE EO QUI UILLAM ALTERIUS OCCUPAUERIT UEL SI DUODECIM MENSIBUS EAM TENUERIT ·

Siquis super alterum · in uilla migrare uoluerit et aliqui de his qui in uilla consistunt eum suscipere uoluer(u)nt et uel unus ex ipsis extiterit qui contra dicat migrandi licentiam ibidem non habeat.

Si uero contra interdictum unius uel duorum in ipsa uilla consedere presumserit Tunc interdictor testari illi debet cum testibus ut infra decim noctibus inde exiat et si noluerit iterum · ad ipsum cum testibus ueniat et testetur illi ut infra alias decem noctes secedat quod si noluerit iterum tertio placito infra decim noctes exeat denuntiat.

Si uero triginta noctes implete fuerint et nec tunc uoluerit exire statim illum · man⁽i⟩//at ad mallum et testes suas qui ad ipsa placita fuerint secum presens habeat ·

Si autem ipse cui testatum est. uenire noluerit · ‖ ⟨et eum f. 61v
a⟩liqua sunnis non detenuerit et secundum legem supra dictam testatum fuerit Tunc ipse qui ei testatus est super fortunam suam ponat et garafionem roget ut accedat ad locum et ipsum inde expellẽt · et si aliquid ibi laborauit quia legem noluit audire ammittat et insuper · I C̃C̃ dñ qui faciunt soł XXX · culpabilis iudicetur ·

Si uero quis alium in uillam alienam migrare rogauerit antequam conuentum fuerit · Ĩ DCCC · dñ qui faciunt soł · XLV · culpabilis iudicetur.

Si autem quis migrauit in uillam alienam et ei aliquid infra duodecim menses · secundum legem contestatum non fuerit securus ibidem consistat sicut et alii uicini.

XLVIII · DE AFFATOMIRE

Hoc conuenit · obseruare ut tunginus uel centenarius mallum indigent et scutum in ipso mallo habeat et tres homines causas tres demandare debent in ipso mallo et requiritur postea homo qui ei non pertinet causa et sic fistucam in laisum iactet et ipsum in cuius laisum fistucam iẹctauerit dicat uerbum de fortuna sua quantum ei uoluit · dare postea ipse in cuius laisum festucam iectauerit in casa ipsius manere et hospites tres suscipere et de facultate sua quantum ei datur in potestate sua habere debet et postea ipse cui · ‖ creditum est. Ista omnia cum testi- f. 62r
bus collectis agere debet postea aut ante regem aut in mallo legitimo illi cui fortunam suam deputauit reddere debet et accipiat postea fistucam in mallo illo ante duodecim menses ipse quod ab heredes deputauit in leisum suum iactẹnt. et nec minus nec maius nisi quantum ei creditum est et si contra hoc aliquid dicere noluerit debent tres testes iurari dicere quod ibi fuissent in mallo ubi tunginus uel centenarius indixerint et quod uidissent hominem illum qui fortunam dedit in laisum illius quem iam elegerant festucam iẹctare et nominare illum debent qui fortunam suam in laisum electi iẹctauit nec non et illum in cuius laisum fistucam iẹctauit · et heredem appellauit similiter nominent et alteri tres testes iurati debent dicere quod in casa illius hominis qui fortunam suam donauit ille in cuius laisum fistucam iẹctauit ibidem mansisset et hospites tres uel amplius colligisset et pauisset et ibidem gratias egissent · et in ibode suo pultes manducasset et testes colligissent ista omnia alii tres testes iurati dicere debent quod in mallo legitimo uel ante regem · illi qui accepit · ‖ in laisum suum fortunam in mallo publico hoc est f. 62v

ante theada · uel tunginum fortunam illam quem heredem appellauit publice quoram omnibus fistucam in laisum ipsius iactasset et hec omnia nouem testes debent adfirmare

XLVIIII DE FILTORTIS HOC EST QVALITER FURTAS RES INTERCIARE DEBET

Siquis qui legem Salicam uiuit seruum aut ancillam aut caballum uel bouem seu iumentum *uel* quem libet rem suam sub alterius potestate agnouerit mittat eum in tertiam manum et ille apud quem agnoscitur debet adhramire · et si intra L(ĩ)gere aut Carbonaria ambo manent et qui agnoscitur apud quem agnoscitur in noctes XL· placitum faciant et in ipso placito quanticumque fuerint qui rem interciatam uel uinderunt aut camiauerunt aut fortasse in solutionem dederunt omnes intra placitum istum commoneantur ut unus quisque cum negotiatoribus suis alter alterius admoneat

Si uero communitus fuerit et aliqua sunnis eum non detenuerit et ad placitum uenire distulerit tunc ille qui cum eo negotiauit habeat tres testes quòd nunciasset *ut* ad placitum uenire debuisset et alius tres similiter habeat quod publice cum eo negociasset ·

f. 63 r Si hoc fecerit exiuit se de latrocinio · ‖ ille autem qui ammonitus non uene⟨rit super⟩ | quem testes iurauerint · erit latro · illius qui res suas agnoscit et ei secundum legem ipsas conponat et insuper precium illi reddat qui cum eo negociauit ista omnia ubi suus hamallus est · super quem res primitus agnita fuerint aut intertiata f(ũ)eri(t) debeant quod si trans Ligerem aut Carbonariam manet ille apud quem cognoscitur in noctibus · LXXX · lex ista continatur ·

L · DE FALSO TESTIMONIO

Siquis falsum testimonium prebuerit · DC · dñ qui faciunt sol XV · culpabilis iudicetur

Quod aliquis alicui inputauerit quod se periurasset et non potuit adprobare · DC · dn qui faciunt sol XV · culpabilis iudicetur

Si alicui fuerit inputatum quod se periurasset et hoc inputauerit adfirm⟨a⟩re potuerit tres de ipsis cui iuratorib⟨us⟩ | periuri unius quisque illorum · DC · dẽnr | qui faciunt sol · XV · culpabilis iudicetur ·

Alii uero qui super ipsius tres fuerint

Ipsi cui inputatum fuerit except causa uel capitale et delatura · DC · dñ qui faciunt sol̄ · XV · culpabilis iudicetur

LI · DE TESTIBUS ADHIBENDIS ·

Siquis testes necessarius habuerit et fortasse ipse ad placitum noluerint uenire ille qui eos necessarius habet manire illus debet cum testibus ad placitum ut ea qui sciunt iurantes dicant. ‖

⟨Si u⟩er⟨o⟩ noluerint uenire et e⟨o⟩s sunnis non detenuerit f. 63 v unus quisque illorum · DC · denr qui faciunt sol̄ · XV · culpabilis iudicetur.

Si uero presentes fuerint ad testimonium uocati et noluerint iurando dicere ea que sciunt et ferbanati fuerint · DC · tis dñ qui faciunt sol̄ · XV · unus que ipsorum culpabilis iudicetur

LII DE EO QUI FIDEM FACTAM ALTERI REDDERE NOLVERIT

Siquis ingenuus aut lidus alteri fidem fecerit tunc ille cuius fides facta est · XL · noctes aut quo modo placitum fecit quando ei fidem fecit ad domum illius cum testibus ambulare debet uel cum illis qui precium adpreciare debent et si noluerit fidem factam soluere · DC · tis deñ qui faciunt sol̄ · XV · culpabilis iudicetur

⟨Si⟩ uero adhuc supra dictum debitum soluire noluerit debit eum sic admallare. Rogo te iudex ut hominem illum denominatum gasachionem meum qui mihi fidem fecit debito tale denominato secundum legem Salicam mihi inde eum adstringas tunc iudex dicere debet Ego gasachium tuum in hoc mallo quod lex Salica habet. Tunc ille cui fides facta est debet testificari fideiussori ut nulli alteri nec soluat nec p(u)gnus done(t) soluitionis ante quam ei impleat ‖ ⟨u⟩nde fidem f⟨ecit⟩ et sic festi⟨nanter ad do⟩|mum illius qui ei fidem fecit cu⟨m testibus⟩ | accedat et f. 64 r roget eum soluere debitum suum quod si noluerit sol(u)m ei collocet · si ei solem culcauerit · III · sol̄ supra debitum addat · Et si usque ad tres uices per tres manitas facere debet.

Ista igitur omnia facta si adhuc noluer*it* debita conponere usque ad nouem sol̄ debitum ascendat Id est per singulas ammonitiones uel solem culcatum terni solidi adcrescant.

Si uero nec fidem factam in placito legitimo soluere noluerit · Tunc ille cui fides facta est ambulet ad g(a)auionem loci illius in cuius pago manet accipiat qui fistucam et dicat uerbum istum tu grauio rogo te quia ille homo denominatus qui mihi fidem

fecit quem legitimo habeo adiactiuum uel admallatum secundum legem Salicam.

Ego super me et super fortunam suam pono quod securus · mitto in fortunam iHius mane et dicat de quanta causa ei fidem fecerat. Tunc grauio congreget secum septem ragimburgi(u)s idone(u)s et cum ipsis ad casam illius fideiussor(e)s ueniet et roget eum si presens est per uoluntatem tuam solue homine isto de
f. 64v quo ei fidem fecisti et hoc quod debis secundum · ‖ ⟨pretium leg⟩itime pre⟨ciat⟩um satis facer⟨e | stude. qu⟩od si tunc adimplere non uolu|⟨eri⟩t presens aut si absens fuerit statim rachimburgii ad preciatum quantum debitum quod debet ualuerit de fortuna illius tollant. et si fredus antea de ipsa causa non fuerit datus duas partes ille cuius causa est · ad se reuocet et grafio tertiam partem obteneat.

Si autem grauio (u)bi inuitatus non uenerit et sunnis eum aliqua non detenuerit aut certo ratio dominica si distulerit aut ibi non ambulet neque mittat ut cum iustitia exigatur debitum aut se redimit aut de uita conponat ·

LIII · DE EO QUI GRAFIONEM AD RES ALIENAS TOLLENDAS INIUSTE INUITAUR.

Siquis grauionem ad res alienas iniuste tollendas inuitauerit antequam gasachium suum secundum legem habeat admallatum · VIII dñ qui faciunt sol · CC · culpabilis iudicetur

Si uero grauio inuitatus contra legem supra debitum iustum aliquid amplius tulerit aut se redimat aut de uita conponat ·

LIIII · DE REM PRESTATA ·

Siquis alteri de rebus suis aliquid prestiterit et ei reddere noluerit sic eum debet mallare cum testibus admum illius
f. 65r cuius res prestabit accedat et sic contestetur ei quia ‖ ⟨r⟩es meas noluist⟨i r⟩eddere qua⟨s tibi pres⟩|tabam in hoc eas tene nocte p⟨roxi⟩|ma quod lex Saliga continet et s⟨ic ei⟩ | solem collocet si nec tunc uoluerit reddere adhuc super septem noctes similiter contestetur sicut antea fecit ut nocte proxima secundum quod lex Saliga contenet res suas tenere debeat Quod si nec tunc noluerit reddere iterum post alias septem noctes ad eum similiter cum testibus ueniat et roget ut debitum suum reddat Ergo si tunc noluerit reddere nec fidem facere redendi supra debitum quod ei prestatum est et super illos · VIIII · sol que per tres

admunitiones adcreuerunt ·DC· dñ qui faciunt soł ·XV· culpabilis iudicetur ·

LV· DE MANU AD ENIO REDIMENDA

Siquis ad ineum mallatus fuerit et si *fr*ostan conuenerit ut ille qui admallatus est manum suam redimat et iuratores don*et* si talis causa est. de qua legitime si conuictus fuisset ·DC· dñ qui faciunt soł ·XV· conponere debeat tunc ·CXX· dẽñ qui faciunt soł ·III· manum suam redimat.

Si uero plus ad manum suam redimenda dederit fredus · grafione soluat tamquam (f)i de ipsa causa conuictus fuisset

Si uero talis causa fuerit de qua conuictus · ‖ ⟨fuisse⟩t · f. 65v
Ī CCCC· dñ qui faciunt soł XXXV· d⟨e|bui⟩sset soluere et conuenit ut ma|⟨nu⟩m suam redimat et iuratores donet | ⟨VI⟩III· soł manum suam redimat

Quod amplius dederit fredus grafionem soluat tamquam si de ipsa causa conuictus fuisset.

Quod si maior culpa fuerit de qua soł ·LXII*ſ*· soluere debebit si conuictus fuisset et conuenit ut manum suam redimat · cum soł ·XV· et si amplius dederit fredus grafioni s(a)luatur tamquam de ipsa causa conuictus extitisset ista redemtio usque ad (manum) | leodem sic permaneat

Si autem leodem alter alteri inputauerit et eum ad eneum habuit admalatum conuenit ut manum suam red(e)m(i)at et iuratores donet cum soł XXX· manum suam redimat et si amplius dederit fredem grafionem soluatur tamquam de ipsa causa conuictus extitisset.

LVI DE EO QUI GRAFIONEM OCCIDERIT

Siquis grafionem occiderit ·XXIIII· dñ qui faciunt soł ·DC· culpabilis iudicetur

Siquis *sa*cibaronem qui puer regis fuerat occiderit ·XII· milia dñ qui faciunt soł CCC· culpabilis iudicetur ·

Siquis sacibaronem qui ingenuus est et se sagibaronem posuit occiderit XXIIII· dñ qui faciunt soł ·DC· culpabilis iudicetur. ‖

Sagibarones in singulis mallobergiis id est plebs qui ad unum mallum conuenire solet plus quam tres esse non debent et si causa aliqua ante illos secundum legem fieri definita ante grauionem renouare eum non licet. f. 66r

LVII · DE CORPORIBUS EXPOLIATIS ·

Siquis corpus hominis mortui antequam in terra mittatur per furtu expoliauerit · $\overline{\text{II}}$ DC· dñ qui faciunt soł · LXII$\int$· culpabilis iudicetur ·

Siquis tumulum super hominem mortuum expoliauerit uel disipauerit DC· dñ qui faciunt soł ·XV· culpabilis iudicetur.

Siquis aristatonem hoc est stapplus super mortuum missus capulauerit aut mandualem quod est æa structura siue selaue que est ponticulus sicut mos antiquorum faciendum fuit · qui hoc distruxerit aut mortuum exinde expoliauerit de unam quemque de stis DC· dñ qui faciunt soł XV· culpabilis iudicetur.

Siquis hominem mortuum super alium · in naufo uel in petra miserit · $\overline{\text{I}}$ CCCC· dñ qui faciunt soł ·XXXV· culpabilis iudicetur.

Siquis corpus iam sepultum effoderit aut expoliauerit uuargus sit hoc est expulsus de eodem pago usquedum parentibus defuncti conuenerit ut et ipse parentes rogati sunt pro eo ut
f 66 v lic&at ei ‖ ⟨i⟩n patriam esse et quecumque ante[a] panem aut hospitalem ei dederit etiam si uxor eius hoc fecerit · DC · dñ qui faciunt soł XV· culpabilis iudicetur

Auctor uero sceleris huius si ipse hoc fecerit et conprobatus fuerit uel aliam ademptum faciendi locauerit · $\overline{\text{VIII}}$ dñ qui faciunt soł CC · culpabilis iudicetur ·

Siquis domum in modum basilice factum super hominem mortuum expoliauerit $\overline{\text{I}}$ CC dñ qui faciunt qui faciunt soł XXX · culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura.

LVIII· DE EXPOLIATIONE UEL ECCLESIE UEL INCENDIUM·

Siquis ecclesiam sanctificatam uel ubi reliquie[s]// sanctorum recondite sunt incenderit uel infra ipsa ecclesia aliquem expoliationem de altare aut de infra illa ecclesia aliquid tulerit · $\overline{\text{VIII}}$ · den̄r qui faciunt soł · CC · culpabilis iudicetur excepto capitale et delatura ·

LVIIII · DE EO QUI AD MALLUM · UENIRE CONTEMSERIT

Siquis ad mallum uenire contempserit et quod ei a ragimburgitis iudicatum fuerit implere distulerit si ne[c] de conpositionem nec de ulla legem fidem facere noluerit Tunc ad regis presentiam ipsum manire debet et ibidem duodecim testes esse debent qui per singula placita iurando dicant quod ib(e)[i]dem fuissent ubi ragim-
f. 67 r burgii// ei iudicassent et ille decretum · ‖ iudicium contemsisset iterum alii tr⟨es⟩ | iurare debent quod ibidem fuissent post illum

diem in qua ei ragimburgii iudicauerunt ut aut per eneum aut per conpositionem se ediceret hoc est de illa die in XL · noctes in mallo iterum solem culcauerit et nullatenus legem implere uoluerit · Tunc eum debet man(e)re ante regis presentiam in · XIIII · noctes et trea testimonia iurando dicant quod eum manisset Quod si nec tunc uenerit et ista omnia nouem testimonia quod iurando que superius diximus uera esse dixerint similiter ei iterum solem culcet et illos tres testes ibidem habeat ubi culcauerit · solem et ista omnia impleuerit qui eum admallat et ille qui admallatur ad nullum placitum uenire nec per legem se edicere noluerit Tunc rex ad quem manitus est extra sermonem suum esse deiudicet ita et ille · cuł̄p (et) omnes res suę · erunt in *fisco au*[t] cui fiscus dare uoluerit et quicumque ei panem dederit aut in hospitium colligerit etiam si uxor eius propria sit · DC · deñ qui faciunt soł XV · culpabilis iudicetur · donec omnia que ei legibus inputatur secundum legem conponat

LX DE RACHIMBURGIIS ·

Siquidem rachimburgiis in mallo resedentes cum causa discussa fuerit · ‖ inter duos causatores amoniti habeo qui causam f. 67 v requiret ut legem Saligam dicant et si legem dicere noluerint tunc ab eo qui causam requiret sint iterum ammoniti(us) usque tertia uice quod *si* dicere noluerint tunc dicat ille qui causam requiret Ego uos tangano usque dum uos inter me et contra · causatorem meum legem iudicatis et si tunc dicendi se legem distulerunt sole culcate septem de illis unus quisque CXX · dñ qui faciunt soł · III · culpabilis iudicetur

Et si adhuc tunc rachimburgii dispexserint nec legem dicere uolunt neque de tribus soł conpositionem facere · Tunc unus quisque illorum septe*m* culcato sole · DC · dñ qui faciunt soł XV · culpabilis iudicetur.

Similiter si conprobati fuerint legem non iudicassent · VII · ex his unus quisque DC · deñr qui faciunt soł · XV · culpabilis iudicetur

Si autem rachimburgii legem iudicant et cui iudicatum fuerit hoc sus(t)tinere noluerit et dicit contra legem iudicassent sibi et hoc conprobare non potuer//t contra unum quemque · VII · rachimburgiis · DC · dñ qui faciunt soł̄i XV · culpabilis iudicetur

LXI DE CHRENE CHRUDA

Siquis hominem occiderit et in tota facultate sua non habuerit unde legem totam implere ualeat · ‖ XII · iuratores donet ut f. 68 r

nec super terra nec sub terra amplius de facultate non habeat nisi quod donatum habet postea intrare debet in casá suá et de quattuor angulis terra illa in pugno suo colligant et stare in durbilo hoc est in limitare et intus captare et cum sinistra manu de illa terra ultra suas scapulas iactare super quem proximiorem parentum habet quod si iam pater aut mater aut frater soluerunt

Tunc super soror(is) matris aut super suos filios debet illa terra iactare · id est super tres de generatione matris. qui proximiores sunt et postea in camisa discinctus et desculciatus cum palu in manu supra sepem sallire debet ut pro medietate quantum de positione diger est · aut quantum lex dicat illi tres soluant idem illi alii qui de paterna generatione ueniunt · facere debent.

Si uero aliquis ex illis pauperior fuerit et non habet unde ad integrum debitum soluat quecumque de illis amplius habet iterum super illum crenechruda ille qui pauperior est iectet et ille totam legem conponat.

Quod si nec tunc ipse habuerit ut totam legem persoluat ·

f. 68 v tunc illum qui homicidium fecit ille qui eum in fide suo · ‖ habet per quattuor mallos presentem faciat et si eum per compositionem nullus suorum uoluerit redimere de uita conponat.

LXII · DE ALODE ·

Siquis homo mortuus fuerit et filios non dimiserit si pater aut mater super fuerint ipsi in hereditate succedat ·

Si pater aut mater non super fuerint et frat//res uel sororis reliquerit ipsi hereditate obteneant ·

Quod si net isti fuerint sororis patris in hereditatem eius succedant.

Si uero sorores patris non extiterint sorores matris eius in hereditatem subueniunt ·

Si autem nulli horum fuerint quicumque proximiores fuerint de paterna generatione ipsi hereditatem succedant.

De terra uero saliga nulla portio hereditatis mulieri ueniat sed uirilem · sexum tota terra hereditas perueniat ·

LXIII · DE EO QUI SE DE PARENTILLA TOLLERE UOLVERIT.

Siquis de parentilla tollirer se uoluerit in mallo ante tunginum aut centenarium ambulet et ibi quattuor fustes alninus super capud suum frangat et illos quattuor partes in mallo iectare debet

f. 69 r ibi dicere ut et · ‖ de iuramento et de hereditate et de tota illorum se ratione tollat et postea aliquis que de parentibus suis

aut moriatur aut occidatur nihil ad eum de eius hereditate uel de conpositione pertineat.

Si autem ille occiditur aut mori(a)tur conpositio aut hereditas eius · Non ad heredes eius sed ad fiscum pertineat aut cui fiscus dare uoluerit.

LXIIII · DE CHAROENA

Siquis alteri de manu aliquid per uim tulerit aut rapuerit rem pro capitale restituat et insuper · Ī CC · denr qui faciunt sol · XXX · conponat

Siquis homini aliqu(o)d eum in tertia manum missum fuerat · per uim tulerit se conuincitur · Ī CC · dñ qui faciunt sol XXX · culpabilis iudicetur

LXV · DE CONPOSITIONE · HOMICIDII

Si alicui pater occisus fuerit medietatem conpositionis filii · colligant et alium medietatem parentes qui proximiores fuerint tam de paterna quam de materna generatione diuidant quod si de una parte uel de pater · uel de materna nullus proximus fuerit portio illa ad fiscum peruenat uel cui fiscum cederit medietatem parentes ·

LXVI · DE HOMINE IN HOSTE OCCISO

Siquis hominem in hoste occiserit triplici conpositione conponet · sicut in patria conponere debuit excepto si ex truste regale non fuerit, ille homo nam si ex truste regale fuerit eundam conpositionem quam infra patriam facere debuit · culpabilis iudicetur hoc sunt dñ · Ī L XXV · qui faciunt sol · Ī DCCC · f. 69 v

LXVII · DE EO QUI ALTERUM HEREBURGIUM CLAMAUERIT ·

Siquis alterum hereburgium clamauerit hoc est strioportium aut qui ænium portare dicitur ubi strię concinnunt et conuincere non potuerit · Ī D · tis denr qui faciunt · sol · LXV ſ · culpabilis iudicetur

Siquis muliere ingenuum striam clamauerit aut meretricem et conuincere non potuit · VII · DC · dñ qui faciunt sol · CLXXXVIII · culpabilis

Si striam hominem comederit et conuicta fuerit · VIII dñ qui faciunt sol · CC · culpabilis iudicetur ·

LXVIII · DE CABALLO EXCORTICADO

Siquis caballum alienum sine consensu possessores decorticauerit et interrogatus · fuerit confessus · caballum // ipsum in capite restituat

Si uero negauit et conuictus fuerit DC · dñ qui faciunt sol XV · culpabilis iudicetur excepto capitale et dl

LXVIIII · DE EO QUI HOMINEM DE BARGO UEL DE FURCA DEPONIT

f. 70r Siquis hominem de barga uel de furca sine uoluntate iudicis dimiserit · ‖ Ī DCCC · dñ qui faciunt sol · XLV · culpabilis iudicetur

Siquis homine sine consensu iudicis de ramo ubi incrogatus deponere presumserit · Ī CC · dñ qui faciunt sol XXX · culpabilis iudicetur

Siquis capud hominis quod inimicus suus in palo miserit · sine permissu iudicis aut illius qui eum ibi posuit tollere presumserit · DC · denr qui faciunt sol · XV · culpabilis iudicetur

Si hominem uiuum de furca dimiserit · IIII · denr qui faciunt sol · C · culpabilis iudicetur ·

LXX · DE EO QUI ALIENAM FILIAM DESPONSAUERIT ET NON UUL EAM ACCIPERE

Siquis filiam alienam ad coniugium quesierit presentibus suis puelle parentibus et postea se retraxerit et eam accipere noluerit · Ī D dñ qui faciunt sol · LXIIſ · culpabilis iudicetur

EXPLICIT LIBER LEGIS SALICAE

Beschreibung der Handschrift.

Codex Vossianus latinus in Octavo Nr. 86, jetzt der Universitaetsbibliothek (Akademiesche Bibliotheek) in Leyden angehörend, auf Pergament im zehnten Jarhundert geschriben, zält 85 Blätter, 0,159 m. hoch und 0,099 m. breit.

Die Blätter 1 bis 24 sind drei Quaternionen A, B und C.

Darnach felt ein Blatt, welchem ein nach 30 ausgefallenes entsprochen hat.



Auf die beiden Lagen



und



folgen die vier Quaternionen IKLM (Bl. 42 bis 73).

Eingeklebt sind die Blätter 74 und 75.

Die Schlußblätter 76 bis 85 bilden einen Quinio.

Quaternio A hat einunddreißig Zeilen auf jeder Seite, B und C sind dreißigzeilig; die Seiten auf Bl. 25 bis 30 haben je einunddreißig Zeilen; je dreißig Zeilen auf der Seite enthalten ferner Bl. 31 bis 35 und 42 bis 73; je zweiundzwanzig Zeilen Bl. 36 bis 41 und endlich 74 bis 85.

Inhalt.

1) Bl. 1^r bis 31^r. Gesta regum Francorum; vgl. M. Bouquet, Recueil des Historiens des Gaules et de la France T. II p. 540—572. Mit den nach Blatt 24 und 30 ausgefallenen Blättern sind die

Stücke Cap. 35 p. 564 A, Zeile 16 bis Cap. 36 p. 565 A, Z. 5 und Cap. 50 p. 571 A, Z. 11 bis Cap. 53 p. 572 A, Z. 4 Bouq. verschwunden.

2) Bl. 31^{v} bis 35^{v} HIEROSOLIMIS INUENTIO SCE CRUCIS d. h. die Acta s. Iudae-Cyriaci ep. mart. Hierosolymis apocrypha, in Acta SS. Boll. (Antverp. 1680) 4. Maii I p. 446—448.

3) Bl. 36^{r} bis 41^{v}. Eilf Formeln, unter Nr. DCLXV^{bis} · DCXLI^{bis} · DXVI · VII · DCXCVI · DCXCVII^{bis} · CCCCXXXII · CCCCXII^{bis} · DCCIII . CCCCXXIII · DXXXI gedruckt bei Eugène de Rozière, Recueil général des formules usitées dans l'empire des Francs du Ve au Xe siècle P. II p. 937 f. 906—907. 618—619. I p. 7—8. II p. 967—969. 525—526. I p. 501—503. II p. 983—985. 518—519. 659—660.

4) Bl. 42^{r} bis 70^{r} Lex Salica emendata. In unserem Abdrucke sind die Ergänzungen für Abgerißenes und Vermodertes in ⟨ ⟩ gesetzt.

5) Bl. 70^{r} bis 71^{r} INCIPIUNT ORATIONES ·

DNE DS OMPS qui in trinitate perfecta uiuis dominaris et regnas' Parce anime meę ·' Parce malis meis ' Parce factis meis. Parce peccatis atque criminibus meis. Uisita infirmum. Cura egrotum. Sana languentem. Da cor qui te timeat. ‖

f. 70v Sensus · qui · te intellegat. Libera me domine de aduersariorum potestatem · ut non me permittas temptari supra quo possum sustinere. Delectatione carnali. Delectatione mortali. Obsecro uos omnes sancti apostoli intercedite pro me. Vt ad partem salutis inlesus merear peruenire et uitam eternam possidere. AMEN·

INCIPIT ORATIO

SCA MARIA ÇEN&RIX DNI nostri Ihesu Xristi semper uirgo gloriosa Per te uenit ad nos salus. Per te redemptio nastra. Tu templum dei uiui Te elegit dominus ex filiabus Isrł . in salutem populi sui. Tu pulchra filia Hierusalem concupiuit rex decorem tuum · et spiritus sanctus superueniet in te et uirtus altissimi obumbrauit tibi Te benedicent omnes generationes .'quia fecit tibi dominus magna qui potens est et sanctum nomen eius. Tu gloriosa in choris uirginum ' qui sequuntur agnum quocumque ierit. Et ego miser et peccator et fragilis ' amisi uirginitatem · amisi castitatem. Preuaricator legis factus sum omnium. Adiuua me ut habeam emendationem · et remissionem peccatorum ' ut possim domini misericordiam consequi .' et ueniam pro peccatis meis ' quia dominus pro peccatoribus uenit .' ut saluos faceret qui periebant ·

Item ORATIO · ‖

f. 71r SCAE p&RE · APOSTOLE · ELECTE dei ' tu confessus es Xristum filium dei Super te aedificauit dominus ecclęsiam suam. Tibi

tradidit claues regni cælorum. Tibi dedit potestatem ligandi atque soluendi et remittendi peccat⟨a·⟩

Tu es pastor ouium. Exemplar conf⟨essi⟩|onis. Exemplar penitentię. Doctor ę⟨c⟩clesię. Gignitor paradisi. Adiutor electorum. Tu es susceptor animarum et ego miser peccator et fragilis · quid sum facturus · cum uenero a(d̄n)te ⟨deus⟩ adiuua me | Non recedam confusus propter uitia et peccata que malę commisi · sed potius solue uincula peccatorum meorum · qui habes potestatem ligandi et soluendi in cælo et in terra.

scē · p&re · sce paule · scē · andreę apostole Aperite mihi portas iustitię .'ingressus in eas confitebor domino · Finit amen

Auf eine leere Zeile folgt von einer späteren Hand: Pater filie naci dinaturo die de filia .'sacra uirgine mater uirili semine fit neccia

6) Bl. 71ᵛ bis 84ʳ Liber Tobiae

7) Bl. 84ʳ bis 85ᵛ Votiv-Messen.

Missa de scā tri⟨nitate⟩

Omnipotens sempiterne deus qui ded⟨isti famu⟩|lis tuis in confessione uere fidei aeternæ trinitatis gloriam agnoscere · et in potentia maiestatis adorare unitatem. Concede · quesumus ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis per d̄.

Secraeta Sanctifica quesumus domine deus · per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam ‖ ⟨et per eam nosmet f. 84v ipsos tibi perfice munus aeternum per d̄⟩

⟨Prefatio Omnipotens aeterne⟩ deus ⟨qui cum unigenito filio tuo et spiritu sancto unus es deus unus es dominus · non in unius singularitate personae · se⟩d in unius trinitate | ⟨substantiae. Quod enim⟩ de tua gloria reuelan | ⟨te te credimus · hoc de fi⟩lio tuo · hoc de spiritu sancto · | ⟨sine differentia discret⟩ionis sentimus · ut | ⟨in confessione uere f⟩idei sempiterneque deitatis · | ⟨et in personis proprie⟩tas · et in esentia unitas · | ⟨et in maiestate ador⟩etur æqualitas · quem lau|⟨dant angeli

Post coī ⟨Proficiat nobis ad salu⟩tem | ⟨corporis et animae domine⟩ deus huius sacramenti | ⟨susceptio et sempiternae⟩ sanctæ trinitatis confessio · per

Alia ⟨Domine deus pater omnipotens⟩ famulos tuos | ⟨tuae maiestati su⟩biectos per unicum filium | ⟨tuum in⟩ uirtute sancti spiritus benedic et protege ut ab omni hoste securi in tuo iugiter laude lætentur per d̄ ·

missa de scā Maria de omnibus sanctis

Deus qui nos beatę Marię semper uirginis · et beatorum apostolorum. Martirum confessorum uirginum atque omnium simul

f. 85r sanctorum continua letificas sollemnitate ‖ ⟨P⟩resta quesumus · ut quos cot⟨idiano ueneramur officio⟩ | etiam pię conuersationis se⟨m-per sequamur exemplo per đ ·⟩

⟨Secreta⟩ Munera tibi domine nostre deuot⟨ionis⟩ | offerimus quæ et pro tuoru⟨m tibi grata sint⟩ | honore iustorum · et nobis sal⟨utaria te | m⟩iserante reddantur per

⟨Ad cōi⟩ Presta nobis domine quesumus interce ⟨dentibus omnium⟩ | sanctorum tuorum meritis ⟨ut quae ore con⟩tingimus puro corde ⟨capiamus per⟩

O . . . Da nobis domine continua ueneratione salutem et pa⟨cem · · · · · · | protegamur subsidiis quor⟨um · · · · ·

MISSA ⟨pro remedio animae⟩

Deus qui iustificas i impium et non uis mortem ⟨peccatorum⟩ | maiestatem tuam suppliciter ⟨depreca⟩|mur · ut famulum tuum · illum · de t⟨ua⟩ | misericordia confidentem celest⟨i⟩ | protegas benignus auxilio · et a⟨dsi⟩|dua eum protectione conserua ut tibi

f. 85v iugiter famuletur et n⟨ul⟩|lis temptationibus a te separetur ⟨per⟩

SECRETA Suscipe clementissime pater ‖ ⟨hostiam placationis et⟩ laudis · quas ego | ⟨peccator et indignus tuus famulus⟩ tibi o⟨fferre presumo ad⟩ honorem et gloriam nominis tui et incolu⟩-mitatem famuli tui ⟨illius · ut omnium delictorum⟩ suorum ueniam consequi mer⟨eatur per⟩

Prefatio. ⟨Omnipotens aeterne deus qui es iustorum⟩ gloria et | ⟨misericordi⟩ a peccatorum pietatem tuam | ⟨humili prece depo⟨scimus · ut famulus tuum | ⟨benignus res⟩picias · et pietatis tuæ | ⟨custodiam impe⟩ndas · ut ex toto corde et ex | ⟨tota mente⟩ tibi deseruiat · et sub tua | ⟨protect⟩ione consistat · ut qnđ ei · · · · uenerit societatem sanctorum · · · · · · inennarabilia gloria · · · · · uidere per Christum.

post cōi Purificent nos domine sacramenta quę | ⟨sum⟩psimus · et famulum tuum illum ab omni | ⟨cu⟩lpa liberum esse concede ut qui reatu conscientiae constringitur de caelestis | ⟨re⟩-medii plenitudine glorietur per

MISSA pro amico Omnipotens sempiterne deus miserere famulo tuo illī et dirige eum ‖

In der Lex Salica finden sich folgende Verschreibungen:

a für e, o	m für in
c „ t	o „ a, e, v
e „ i	r „ s, t
& „ e	s „ f, r
f „ s	t „ c
g „ c, i	u „ a, e, i, o
i „ e, s, u	V „ II

Die Acta des hl. Cyriacus und die Formel DXXXI Rozière weisen nach Trier als der Heimat diser Handschrift, welche vile Verwantschaft mit dem Vossianus Q. 119 zeigt; wie denn auch die besondere Vererung des Apostels Petrus beiden gemeinsam ist. Im Jar 1603 befand sich die Handschrift, laut eigenhändigen Eintrags auf Bl. 1^r, im Besitze von Paul Petau (geboren in Orléans 15. Mai 1568, gestorben zu Paris 17. September 1614). Wegen seiner Bibliothek unterhandelte der spätere Besitzer Isaak Vossius (geboren 1618 in Leyden, gestorben 21. Hornung 1689 in Windsor) um den Preis von 40,000 Livres. Bl. 2^r ist auf gedruckter Etiquette zu lesen: Ex Biblioth. Viri Illust. Isaaci Vossii; dazu handschriftlich nachgetragen die Zal 287. Mit Vossius' Handschriftensammlung gelangte der Codex endlich in die Leydener Universitaetsbibliothek.

Die Handschrift ist kurz beschriben von G. H. Pertz, Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde Bd. 7 (1839) S. 138. 267. 799; von Jacob Geel bei Pardessus, Loi Salique (Paris 1843) p. XLIV; von Eugène de Rozière, Recueil général des formules. Partie III (Paris 1871) p. 256 und zuletzt von J. H. Hessels in Cambridge; vgl. dessen Lex Salica (London 1880) p. XIX: 'this MS. has been collated for the present work, but is it imperfect or rather illegible in many parts'.

Der wol allerwärts bekannten, aber nicht genug zu rümenden Gefälligkeit des hochverdienten Oberbibliothecars der Leydener Hochschule, Herrn Dr. Willem Niklaas Du Rieu verdankt auch der Herausgeber vorligenden Bändleins die Mitteilung der wertvollen Handschrift nach Carlsruhe.

Ausgaben der Lex Salica von Alfred Holder.

Lex Salica mit der Mallobergischen Glosse nach den Handschriften von Tours — Weissenburg — Wolfenbüttel und von Fulda — Augsburg — München. gr. 8. geh. n. *M.* 2.80.

——— emendata. Nach dem Codex Vossianus Q. 119. gr. 8. geh. n. *M.* 2.—

——— mit der Mallobergischen Glosse nach dem Codex Lescurianus (Paris 9653). gr. 8. geh. n. *M.* 1.20.

——— mit der Mallobergischen Glosse nach der Handschrift von Sens — Fontainebleau — Paris 4627. gr. 8. geh. n. *M.* 1.60.

——— mit der Mallobergischen Glosse nach den Handschriften von Besançon — Sanct-Gallen 731 und Johannes Herold. gr. 8. geh. n. *M.* 3.60.

——— emendata. Nach dem Codex von Trier — Leijden (Vossianus Lat. Oct. 86). gr. 8. geh. n. *M.* 1.60.

B. G. Teubner in Leipzig.

Ausgaben der Lex Salica von Alfred Holder.

Lex Salica mit der Mallobergischen Glosse nach den Handschriften von Tours — Weissenburg — Wolfenbüttel und von Fulda — Augsburg — München. gr. 8. geh. n. *M.* 2.80.

——— emendata. Nach dem Codex Vossianus Q. 119. gr. 8. geh. n. *M.* 2.—

——— mit der Mallobergischen Glosse nach dem Codex Lescurianus (Paris 9653). gr. 8. geh. n. *M.* 1.20.

——— mit der Mallobergischen Glosse nach der Handschrift von Sens — Fontainebleau — Paris 4627. gr. 8. geh. n. *M.* 1.60.

——— mit der Mallobergischen Glosse nach den Handschriften von Besançon — Sanct-Gallen 731 und Johannes Herold. gr. 8. geh. n. *M.* 3.60.

——— emendata. Nach dem Codex von Trier — Leijden (Vossianus Lat. Oct. 86). gr. 8. geh. n. *M.* 1.60.

B. G. Teubner in Leipzig.